

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Benedict Carpzov Johannes Schrey

Exercitatio Philologica Ad R. Mosis Ben Maiemon Cap. VII. Hilc. ... Num. XVI.

[Lipsiae]: Bauerus, 1660

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn788764632>

Druck Freier  Zugang



84.

32 b. 5.



fa 1092(84.)

<16.7h.>

In hoc

In hoc
se XVIV sunt

- JANUARY XXIV. C. VIII.

 1. Jo. Benedict Capitvii Patris Vindicatio Doctrinae de Sacramentis.
 2. Bulae (pro l*it.*) Glenchius Errorum Capistrorum desaram. N*isi* et D*e*sp.
 3. Al. Georgi Lefmain (pro l*it.*) de Sionis p*re*mit ex Gales postissimum.
 4. Jo. Ulrici chayer (pro l*it.*) de Imagine Dei homini primae concrata.
 5. Henricus Ruhn (pro l*it.*) de Universali gratia.
 6. Fridericus Holzmann (pro l*it.*) de Symbolo Apostolico contra Calixthum.
 7. Balthasar Friderici Salzmam (pro l*it.*) De Processione Spiritus S.
 8. Jo. Friderici Heilbrunneri De Tractu Patris ad Filium. q*9. 10. 11. 44.*
 9. Jo. Georgi Dorschene ad I*n*tp*er*it*ia* I*udei* v*5.*
 10. Henrici Schmid (pro l*it.*) De Cathedra Petri.
 11. Henrici Philippus Horvart de Raptu Pauli. F*ac*ie.
 12. Henrici Philippus Hulsemanno de Peccato in genere et in sp*iritu* de originali.
 13. Bernard Schmid De Cinqua Ebrea.
 14. Nicolaus pro*le* Meissneri de Vita Salomonis curriculum.
 15. Balthasar Boetelijg de Phrasij N*ost*ri Testamenti.
 16. Balthasar Boetelijg de Thummim. *15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26.* Chemodin.
 17. Michael Lubmuntz de Dudaim.
 18. Franciscus Fidei Andisio ad Rom. VI i*2.*
 19. Balthasar Chishano Chemnitio de Peccato in sp*iritu*.
 20. Chishan Chemnitio de Tentatione Scyphus et in existentia Dei.
 21. Idem de Fide Demonomi.
 22. Jo. Ernesti Gerhardi de alio levitimo propagandi fidem.
 23. - Idem de Salute infantum ante baptismū decedentium.
 24. - Idem de Veritat. ad Nov. Test. Syliacum.
 25. Sebastiani Niemannii Fides Pontificalia non Fides.
 26. Jo. Grisunus de Elia adventu frustra à Iudeis adhuc expectato.

27. Jo. Trissimus De Giulio Aono Paschali. Exod. XII, 3 ff.
 28. — Idem de Angelo Fæderis.
 29. — Idem de Pontificum Obraconū vestitu sacro.
 30. Jo. Benet. Carpoforij de Arca Fæderis.
 31. — Idem de Quaestione: Quosum Arca pervenit
 32. — Idem ad nummos Cornutum Alfonso exhibentes.
 33. — Idem ad Majemon. Hitch. VII. N. pri.
 34. — Idem de Gigantibus.
 35. — Idem de Cretii et Pletthi.
 36. — Eudim versio Hitchot Thaanith Majemon.
 37. Jo. Andras Bosig ad 2 Timothe. II, 22.
 38. Christian Korthold de Origine Philosoph. Barbarica.
 39. Jo. Faber Arsent. de Causa Peccati.
 40. Jo. Pappi Quaest. et Respon. De Ecclesia Catholica.
 41. Jacobus Frareisen de Heresibus et Hereticis.
 42. Jo. Georg Döschau de unione & hypostatica Col. II, 9.
 43. Balthasar Raithi Specimen Collegii Biblici go. Badia.
 44. Jo. Wytachig de Punctis Hebraonū vocalibus.
 45. Jo. Winkelmann de Messia nostro Iesu Jer. xxviii. 3-8.
 46. Jacob Leonoldius Propide Frareisenio Flosculi Passio dom.
 47. Wilhelmus Lyseri Christianus Patiens Gal. 4-18.
 48. Jo. Conradi Dumii Iudei Inexcusabiles.
 49. Jo. Schmid de Resurrectione Christi Mortuis.
 50. Wilhelmus Lysener de Eadem —
 51. Elie Schadai Theser de spiritu s. Pr
M. Jo. Philippo Stomio
Lagt. H. Heilbr. 1695.

בש הקכ'ה
EXERCITATIO PHILOLOGICA
AD
R. MOSIS BEN MAIEMON

CAP. VII. HILC. עכ'NUM. XVI.

QUAM

PRÆSIDE

JO. BENEDICTO CARPZOV

IN ACAD. LIPS. XVI. KAL. APRIL.

cl. Ioc LX.

SOLENNITER

P. P.

JOANNES Schrey / BORNENS. Misn.

Trpis Jo. BAUERI.

VIRIS CLARISSIMIS
D.HIERONYMO MULLERO,^{PH.M.}
D.JOACHIMO HESTERBERGIO.
D.MATTHIÆ BIESTERO.

HAMBURGENSIBUS, THEOLOGIÆ CANDIDATIS, AMICIS
MEIS ET FAUTORIBUS DILECTISSIMIS

S. P. D.

JO. BENEDICTUS CARPZOV.

 On sejungendi eratis in hoc publico allo-
quio, Amici honoratissimi, quos olim
Museum unum, unum Studium, ac Mensa
una conjunxerant. Cum primis Mensa,
quam apud JO. SCHMIDIUM sanctissi-
mæ memoriæ, Theologum sumimum & Incomparabi-
lem, mecum Argentorati collinam habuistis. Quan-
ta eo tempore mihi necessitudo Vobiscum fuerit, & no-
stis ipsi, & ego profecto, quoties ejus recordor, recordor
autem indies, tacita quadam animi voluptate perfundor. Cujus fidei meæ & Amoris monimentum cum sta-
tuere aliud non possum, qui corpore sejuncti vivimus, le-
ve hoc meum Schediasma mitto Clarissimis Vestris No-
minibus inscriptum, quo eo, confido, animo accipietis,
quo abs me, usu mancipioque Vestro, datur, hoc est,
Candido, & sincero. Valete. Dab. Lipsiæ e Museo,
die XVII. Kal. Aprileis, A. R. S. cl. Ic LX.

בָּשׂ הַקְבָּה

EXERCITATIO
PHILOLOGICA.

ADILLAVERBA
R.MOSISMAIEMONIDIS

CAP. VII. Hal. בזע. Num. * XVI.

האשרה בין שהויה נعتبرת בין שהויה עבורה (א) וosmias, cu-
jus & in se-
קומה מונחת (ב) התחיה אסור לישב בצל קומתה (ב) quentibus
divisionem Numerorum

Cap. I.

Occasio ad hanc materiam data & dicendorum Summa. Sensus Verborum Majemonidis. Voss I versio, & alias Castigatio. Unde מורה? Radicis Chaldaica נרה significationes ex Targumim eruuntur. Quid in Aphel אחר Chaldaicis notet? Aliæ significationes מורה vel apud Rabb. vel Talm. Participium in Verbis Majemonidæ notare Concessum, licitum, probatur, I. ex significatione usitata in libris Rabb. & Talm. II. Stylo Majemonidis. III. Oppositione אחר & אסור ויתirs & Licit. Quid notet vocula שלח & unde orta?

* Ita Dion.
Vossius, cu-
jus & in se-
quentibus
divisionem
Numerorum
sequemur.
quod ejus
libellus in
plurium sit
manu, quam
ipsum Ma-
jemonidæ
opus. Alias
in Edit. Ve-
neta, quæ in
fol minor.
Anno 1574.
cum סוף

Ansa mihi ad hanc materiam data his diebus
est, quando me ista Majemonidae verba in Dio-
nysi Vossi Editione legentem offendit Ami-
corum quidam, qui errasse in horum interpre-
tatione Vossium adfirmabat, cui cum contra-
dicerem, eam ab omni errore immunem adse-
rens, Autoritatem mihi non-neminis objicit, qui publice ob id
eum reprehendisset. Age, inquit, dum Exercitium Academi-
cum meditor, haec mihi dissertationis materia erit, ut Vossianæ
Versionis Defensorem agam, alteram, quæ ab eo, cuius Tu Auto-
ritatem sequeris, adfertur, examinando. Non enim vereor, ne
ægre is sit latus dislensus meum, qui non contendendi, crimi-
nandi; מג'רל עיו
MSGR pro-
diit. Verba
illa reperi-
untur Num.
XII. In Edi-
tione vero,
quæ ibidem
in f. Maj. cum
Anno 1550.
prodiit, pla-
ne nulla ha-
bita nume-

ægre is sit latus distensum meum, — A 2 nandiq; bita numerorum est ratio. Nos, si quid diversæ lectionis occurret, ex Ultraq; hac Editione notabimus, hinc Veterem, illam recentiorem differentia ergo nuncupando: ne cum solo Vossi virtulo arasse videamur. (a) Vet. זרדה עבורה (b) Rec. ומנוחה (c) Rec. מורה Nimirum hæc Edit. puncto quodam distinguit sequentia a precedentibus, omissione præfixo.



EXERCITATIO PHILOLOGICA

nandiq; libidine id audeo, sed doctissimi Juvenis indu& us innocentia, & solius studio veritatis, quam ante habendam Amicit& esse, suo exemplo ostendit, quando Viros, quos ipse in omni Eruditione Incomparabiles adpellat, reprehendere non venter. Quare nunc sine ambage rem ipsam aggrediar, nude ac sincere singula propositurus.

Majemonides igitur illis verbis nil aliud indicare voluit, quam nefas esse, si Israelit& considerent in Umbra trunci Arboris, qu& superstitione a Gentilibus culta, (Arbores enim sacrari solebant) aut ornata etiam idolo esset. At licitum contra, considerare in foliorum & ramorum Umbra, qu& remotior aliquantum ab ipsa arbore est, adeo ut, pr&sertim ad Occasum vergente sole, in eorum umbra sedens foliis & ramis arboris prorsus non tegatur. Unde Dionysius Vossius, quem dixi, adcurate sic ea transtulit: SI VEL ARBOR IPSA CULTA FUERIT, VEL POSITUM SUB EA IDOLUM; IN UMBRA TRUNCI EJUS CONSIDERE PROHIBEMUR: AT SUB UMBRA FOLIORUM ET RAMORUM LICET. At vero miratur ipsius Censor, * quid Juveni sublimis Ingenij, sed Fatis crudis & pr&ococibus infesto in mentem venerit, quod tali modo transtulerit ea verba, cum sic debuisse potius: CONSIDERE PROHIBENTUR SUB UMBRA TRUNCI EJUS, ET QUOD RESIDUUM EST; JACERE SUB UMBRA SURCULORUM, ET (SUB UMBRA) FOLIORUM REQUIESCERE. Prater enim, inquit, quod מורה Participium sit ab *quod est* a יתְרָה significet residuum esse, superesse remanendo: etiam plane contrarius a Vossio inducitur sensus. De sensu nos inferius dicemus: primum Verba perpendamus, quorum duo potissimum Vossium non intellexisse objicit. Alterum est מורה: alterum שללה. Illud Reliquum, Residuum significare scribit: hoc per Requiescere in Versione reddidit. Sed prorsus fallit & fallitur ille, quod manifestum erit, si in utriusq; & significationem, & usum inquisiverimus, quod ut felicius fiat, puncta Vocalia ipsi Textui subjiciemus: הארשה בין שחתה נעררת בין שחתה עבירות כוכבים ומנזרות מונחות תחתית אסור לישב בצל קומתך ומורה לישב בצל השרגות והעלום שללה:

In

* de Sacrif.
Vett. c. XVI.
p. 379.

In his igitur Verbis מונְטָר est Participium Præter. Passivæ Conj. Hophal, a Radice Chaldæis usitata נַהֲר h.e. fluxit, effluxit, decidit. Correspondet enim vel I. Hebraicæ Radici נַכְל quando marcori aut Casui floris tribuitur, V. G. Jesa. XL, 7. Aut foliis. Psal. I, 4. Jesa. LXIV, 5. c. XXXIV, 4. C. I, 3. Aut Viriditati herbae, Ps. XXXVII, 2. Aut homini (Mosi & Populo Israelitico) Exod. XVIII, 18. Aut etiam Monti, Job. XIV, 18. Vel II. Radici קִמְל & quidem semel tantum, Jesa. XXXIII, 9. Vel III. Verbo Hebraico אַמְלָל quod usurpatur de Flore Nahum. I, 4. De Oleo Joel. I, 10. Et mox ibidem Vers. 12. de Ficu: Vel IV. ad alias res a Targumistis adhibetur, quæ excidere aut decidere dicuntur, ut nulli certæ voci in Textu Hebraeo respondeat, V. G. ad Dentes, Deut. XXXIV, 7. quando de Mose dicitur, quod neq; caligarit Oculus ejus, וְלَا נִסְתַּחַנְתִּי vigor, vel viriditas ejus: ibi Pseudo-Jonathan: וְלֹא נִתְרַזֵּן + נִבוּ לְוִתְחִיה Neque deci- ^{+ In Edit.}
dentes dentes maxilla ejus. Aut ad Capillos, Jerem. XLVIII, 37. Hanoviensi Levit. c. XIII, 4. cum Jonathanis Targum. Sic, quando Esth. II, 12. duodecim mensibus præparandæ Virgines erant ante, quam ad Regem Achasverum venirent. & sex quidem Mensibus Oleo Myrrhino, Chaldaeus descripturus illud oleum ait fuisse אַנְפִּיקִין + רַמְנָתָר יְהִי סֻרָּא וּמְפַנְּקִין יְהִי בְּשָׁرָא ^{+ Edit. Hano.} רַמְנָתָר Oleum Omphacinum decidere faciens Capillum, & delicatam red-
dens carnem.

In Binjan Aphel (cui Hiphil apud Hebraeos correspontet) semel occurrit ista radix apud Danielem, * & quidem in ^{* Dan. c. IV,} dejiciendi significatione: גַּרְוַי אִילָנָא וְקַצְזָוּ עַנְפָוָה אַתְּרוֹ ^{ii.} DECIDERE FACITE, vel DEICITE folia ejus, & dispergite fructus ejus. In qua significatione Usus etiam Chaldaeus est, dum Boozi verba, Ruth. II, 16, transtulit: וְאַפְּ סְפָר תִּתְרַזֵּן לְהַ מִן Asiria Dejiciendo dejicite ei e Manipulis: &c.

Deinde hæc ipsa radix adhiberi in hoc Binjan a Rabbinis & Talmudistis in solvendi; ac libere dimittendi, Liberandive, significatione Solet, nata ex Hebraica Radice נַהֲר idem, docentibus Hebraorum Concordantiis, denotante. Hinc Passivum הַוְתָר Solvi liberum esse, quo Gemara Baby-

17X EXERCITATIO PHILLOGICA.

מֵה לְחֻכֶל בְּחַבְרוֹת שָׁכֵן ^{וְ} בְּבֵית רַיִן
 † Talm. Mas- Babylonica † utitur: *Quid hoc ad eum, qui Proximum suum*

sech. Ketu- both c. III.

אַלְוָה נָעֲרָה fol. 32. col. 1. Edit. venet. * Tract. III. c. III. p. 184. Edit. L' Em. per.

vulnerat, cum etiam a genere suo liberetur in Synedrio.

Quæ Verba R. Jeschua hallevi, in Halichoth olam, * Objectio- nem aliquam dicit esse ad latam Sententiam, qua is, qui Proxi- mum suum Vulnerarit, cum duæ concurrent pœna, multa pecunaria & Plaga, plagis, non pecunia multitudinis juxta. Gema- ram Itaq. objicunt, inquit, וְלוֹזֶח אָמְרוּ: מה לְחֻכֶל בְּחַבְרוֹת וְלוֹזֶח אָמְרוּ: Itaq. objicunt, inquit, וְלוֹזֶח אָמְרוּ:

שָׁכֵן הוֹתֵר מְכֻלָּו שְׁמַצֵּנוּ חֻכֶל שָׁאֵין לוֹ עָנֵשׁ כְּלָב
 שְׁחוֹתָה בְּדַר שְׁנָתוֹנָה הַמְּקֻלָּה וְכַיּוֹן שָׁאֵינוּ מְשֻׂלָּס כְּלָב
 אֲפָג אֲבִיאָה שָׁאֵר חֻכֶל וּמְמוֹן מְשֻׂלָּס וְלֹא
 מְקֻלָּה וּזְשָׁה הוֹתֵר מְכֻלָּו: Quid hoc ad eum, qui proximum suum vulnerat, cum etiam a genere suo Liberetur? Nam reperi- mus Vulnerantem, cui nulla omnino infligitur pœna: nimirum judi- ces, qui plagas infligunt: Et quandoquidem isti nihil luunt, ego eti- am de reliquis vulnerantibus proferam, eos pecuniam solvere, non plagas luere. Atque hoc est illud. A GENERE SUO EXCIPITUR. Conf. Locus ipse, ubi aliquoties repetitur, & inter alia: עַפְּיָה

שִׁיתְׁן מְקֻלָּה מֵאַנוּ חַיֵּב כְּלָב לְפִי שְׁכַנְתוֹן הֹתֵר וְכֵן
 Etsi XL. plagas infligat nihil debet; quia dum infligit, LIBER EST.

Tertio ab iisdem, quod ex præcedenti significatione fluit, pro Synonymo Verbi **הַרְאָה** ^{הַרְאָה} habetur, h.e. solvit, exposuit dubium, ^{† Vid. Lex.} Talm. D. D. aut dubiam questionem. V. G. †: לא הסתרל להרוֹר הספק: Sic in Hophal nihil usi- tatus, in primis R. Abarbaneli, ac formula illa: וְהוֹתֵר בָּהּ הַשִּׁאלָה Et sic soluta esset quæstio: quam plus millies in ipsis

* Nobis qui- Commentariis * reperias. Vnde nomen **הַרְאָה** Ar- dem ad ma- gumenti, item הֹתֵר הספק Solutio dubii, quod cum הַרְאָה tan- nus solum solum
 est in פִּי נְבִיאִים ^{1642.} de reliquis dubitamus, quam hujus Synonymum conjungit CL. Hackspanius, in de scri- ptorum Judaic. Usu. †

הַרְאָה Atque inde demum & illa oritur significatio, qua Edit. Amstel. Permittere, licetum reddere Rabbinis est. Quem enim quis sol- de reliquis dubitamus, tenet; Sed PERMITTIT ei, quod ipsi visum. Quæ Verbi nota- † affix. R. Lipman. Nizzachon p. 224.

tio frequentissima apud Rabbinos. Vid. Incomparabilis Buxtorfi Lexicon *Chaldaico-Rabb. Hinc Participium Passivum ^{*1, c. fol. 1410.}

מָטוֹרַת h.e. Liberum, permisum, concessum, licitum, quod Non-men adpellat quidem Philippus D'Aquin in **מעירן המערכotta** ^{*fol. 230. col.}

* & ad radicem **וְתֵר** refert; non tamen quoad significationem ^{2. Edit. Lu-}

dissentit: **רֶלֶבֶר זֶה רְשׁוֹת לְעַשּׂוֹתָו הַשְׁבָּת מָתוֹרַת** ^{tet. Paris.}

i.e. **Nomen מָטוֹרַת significat Liwentiam, facultatem vel potestatem A. 1629.**

efficiendi rem illam. Quicquid sit, est Participium, & hoc ipsum certe, quo hoc in loco Majemonides utitur, quem his ita præmissis recte à Vossio translatum censemus. Id namq; evincit

I. Ipsa, quam diximus, **מוֹרַת** significatio, Rabbinis & Talmudistis usitatissima, quod utut probatione aliqua non indigeat, uno tamen alteroq; exemplo lustrabimus. Quorum quidem tot in Talmude occurunt, ut umerare **חֲלָא רִימָא Are-nam maris** citius, quam illa posis. Quare pro Talmudistis unum saltim proferemus ex Halichoth holam, seu Clave Talmudica, cum Latina Versione ante hos XXVI. annos a Constantino L' Empereur edita, Libro, quo Magni Buxtorfi Judicio, nulli carere debent, nec possunt, quicunque feliciter in Talmudicorum scriptorum Lectione progredi & Versari cupiunt. Ibi, cum de Mischna agitur Formulis, ^{‡ Tr. III. c. I.} מְצִינָו בְּמִשְׁוֹהָרָה רְבָר זֶה ^{P. 78.}

מוֹרַת וְאַינוּ מוֹרַת לְגַרְמֵי אַבְלָה הוּא מוֹרַת מֵ策ָר אַחֲרָה וְאַסּוֹר: ^{Inveni-}

מֵ策ָר אַחֲרָה וְמוֹרַת וְקָמָת רְזַחָה לְנוֹמָר מֵ策ָר אַחֲרָה:

*Mus in Mischna: HÆC RES EST LICITA: nec tamen in solidum LICITA est, sed uno respectu LICITA, altero interdicta est: quod autem dicit esse LICITAM, id de uno tantum respectu intelligit. Sic e Rabbinis unius R. Jacobi Opus Juridicum, Arba thurim inscriptum, in quo res licita & vetitæ proponuntur, sufficiat, quod dum consulo, in prima statim, quæ, cum librum aperirem, oculos subivit, pagina octies & trigesies vocem istam in hac significatione reperio. Pagina ea est XLIV. * partis pri-*

*mæ, quæ **אַיְרָה חַיִּים** dicitur, & in **הַלְכָה שְׁבָת** quidem. ^{* Editionis Augustanæ Anno 5300.}*

Ipsa Capita CCXXII. & CCXXIV (utrumque hoc folio reperi-^{i. e. CHRI-}

moֹרַת לְמַרְבָּד לְחַבְיוֹן מְלָא לְיִם ^{STI 1540.} ^{in fol.}

כלֵי זֶה אַעֲפָה הוּא מִוחָר לְמַרְבָּד אַבְלָה אַסּוֹר לְהַזְכֵּיר לוֹ

שֶׁמֶת מְרוֹחַ כָּג֔ן תִּנְלֹ֣י מְרוֹחַ פְּלוֹנוֹרַת אֲוֹ פְּלוֹנוֹרַת ;
 i.e. Licitum est, dicere ad Proximum suum : Imple mihi hoc vas ; etiam si destinatum illud sit mensura ; At prohibitum est , certam illi prescribere mensuram , V.G. tantum vel tantum mihi infunde . Hoc vero :

מְתוּר לְזָמֵן גּוֹי בְּשָׁבָת אַעֲפִי שְׁבוֹת אָסּוֹר וּמוֹתָר :

Licitum est, invitare die Sabbathi Gentilem ; etiamsi prohibitum sit die festo ; & Concessum saltim, in atrio ipsi alimentum præbere &c. Vides significationem

מְתוּר h.e. Vetitum, Prohibitum, Nefas. Vnde non opus est, quod utique possem, ad derivatum הַיְתָר, ejusq; significationem descendere. Quis enim hospes adeo in Rabbinicorum Librorum cognitione, quem libri R. Jonæ, R. Nathan, R. Isaaci Durensis, aliorumq; lateant, † quos Vetitum & licitum inscripsere ? Neque hujusmodi exempla rara esse possunt, cum liciti & illiciti cognitio fundamentale Mysterium sit Rabbinis, non aliter ac JCtis nostris, quos juxta Vlpianum in Digestis, † Boni & qui notitiam profiteri, æquum ab iniquo separare , LICITUM ab ILLICITO discernere decet. Quod ipsum intermonita ad filium suum missa R. Hyssopæus refert :

† Vid. Jo. Buxtorf. Bibl. Rabb. p. 316. & Jo. Seldeni, lib. Hebr. c. VII. p. 284.

† L. 1. ff. de Iustit. & Jure.

* in קערת כספ pag. 31.

Edit. Paris. 1559.

עֲסֻוק פָּעֵם בְּרַקּוֹךְ אָוֹ אַבְלָרָוב עַ — סְקָרְשִׁית בְּ — גְּמֹרָא וְרִיחָרָרָוּ — כְּשָׂרָה / וְהַבּוֹרָל בִּין פְּסָולָה לְ —

Versare interdum in Grammatica, aut in contextu Biblico.

Sed magnam partem occupationis tuae pone in Gemara,

Vt scias ARCANUM FUNDAMENTI , VETITUM ET LICITUM,

Et distinctionem inter Vitiatum & rectum.

Qui alia exempla desiderat , consulat Jo. Selenum, Lib. I.* & II. † de Synedris Vett. Hebraeorum.

II. Ipsius Majemonidis stylus urget hanc interpretationem, cui per quam familiare est Licitum per מְתוּר , Vetitum per אַסּוֹר exprimere. Exempla ex his ipsis Hilcoth, & ex eodem

AD R. MALEM. c. VII. N. XVI.

dem Cap. VII. proferemus. Numero V. ait:

העושה ⁷ * עכום לאחריות ^{* Edit. Ver.} אעפ' שהויא לוקה שכרו מופר
ען ^{† Edit. Rec.} ואפלו עשאה ⁺ לנויה ^{Qui-} שחיא אסורה מיד :

dolum aliis facit, etiam si ipse Vapulet, tamen Merces ejus est CON-
CESSA : Et licet gentili illud fecerit, ipsumq; continuo sit prohibi-

ת ^{+ Edit. Rec.} צוורות שעשאות ⁺ נייס לנויה מותרים Num. VIII.

כיתוט בהנאה וצורות שעשאות ⁺ לעבותות כום אסוריין:

עכום ^{+ Edit. Rec.} Imagines a Gentilibus ornatus causa factae LICITAE sunt ad qua-

stum; At quae cultus ergo factae, prohibita. Vide & finem ejusdem Numeri. Num. IX.

לען ^{* Edit. Ver.} צלמי ^{* Edit. Rec.} כום הנמצאים טושלכים

צלמים בשוקים או בתוך ⁺ הגרוטאות הרוי אלו מותרין וכמו

Imagines stellarum & planetarum, que abjectae in plateam, vel inter

παλαιώματα reperiuntur, LICITAE sunt. Num. X. enumera-

tis vasis aureis & argenteis, item vestimentis coccineis &c. ima-

ג ^{+ Edit. Rec.} הרוי אלו אסוריין: ה ^{+ Edit. Rec.} ג ^{+ Edit. Rec.} ג ^{+ Edit. Rec.}

ועל שאר הכלים מותרין מפני שחוקתן לנויה וכן שאר

צורות הנמצאות על כל הכלים חוקתן לנויה ומותרין:

En illa prohibita sunt; at cetera Vasorum, in quibus tales

figurae, LICITA, quia presumptio de illis est, esse ad ornatum: Et

sic reliqua imagines, que in Vasorum inveniuntur, ad ornatum factae pu-

tantur, & LICITAE sunt. Num. XIII. גחלץ של עבורת זורת ^{+ Edit. Rec.} כום אסורה והשלבהת מותרת:

cic cultus vetita est. Sed flamma CONCESSA. Num. XIV. ספק ^{+ in Vet. ut} ספק ספק מותר ^{+ antea legitur}

Idololatriæ prohibitum est, suspicio si suspiciosum CONCESSUM.

adde finem hujus numeri. Num. XV. de analis proponitur casus,

queis Idololatricus forte immixtus, tandem de certis quibus-

dam concluditur: כולן מותרות Omnes illi concessi. Num. XVI.

est idem ille locus, de quo agimus, ubi, quid licitum, quid veti-

tum sit in arbore culta, aut idolo ornata, docet, neimpe אסורה

prohibitum esse, considerare sub umbra trunci ejus, licitum ramen, sub Umbra foliorum & ramorum ejus sedere. Item,

prohibitum esse, transire sub ea, si via fit alia; sin alia desit, cur-

B

sum sub

37.

4 4 4

DFG

שָׁפְרוּחוֹת שְׁקַנְנוֹ sim sub ea transeundū. Item, Num XVII.
 בָּה וְאֵין צְרוּכִין לְאַמְן מִוּתְרִין וְהַאֲפָרוּחוֹת וְהַבִּיצוֹת
 שְׁצַרְיכִין לְאַמְן אֲסּוּרִין : Pullos in ea nidificantes, nec amplius
 Matris indigos, LICITO^S, qui vero Matris egeāt adhuc, sive pulli, sive
 ova, prohibitos. Similiter Nidum, si avis aliunde materiē adporta-
 rit **מותר** Licitum; sin ab eadem arbore ramulos sumferit,
 hos esse **אֲסּוּרִין** prohibitos. Confer Num. XVIII. XIX. XXI,
 XXIV. XXV. ubi aliquoties hæc ipsa vox in hac significatio-
 ne occurret. Jam argumentor: Quicquid מָוֶר significat
 in Antecedentibus & Consequentibus, idem significat etiam
 hoc in loco. Atqui in Antecedentibus & Consequentibus sig-
 nificant LICITUM, CONCESSUM. Ergo idem significat hoc
 in loco. Majorem probo: Quia idem est Verbum, eadem
 constrūcio, idem loquendi modus, idem Stylus, eadem
 intentio, cum, quemadmodum in Antecedentibus docuerat,
 quid licitum sit, quidve illicitum in Imaginibus, in Igne Idolol-
 atrico, in annulis: ita heic demonstret, quæ Umbra Arboris
 Idololatriæ licita, quæ prohibita: ita in sequentibus ostendat a-
 lias res concessas, alias vetitas. Quæ igitur me cauta moveat,
 ut ab ea significatione, quæ heic & illic occurrit, istic abeam,
 novam mihi nescio quam fingendo? Quare & istic eadem est
 significatio. Quod vero ad Minorem attinet, non existimo,
 quenquam fore, qui vocare eam in dubium audeat. Non e-
 nim alia dari significatio poterit, quæ singulis & que locis accom-
 modanda: ut taceam, rem ipsam aliam non admittere, quod
 non difficile ex Talmude, aliisq; Juridicis Hebræorum libris
 probatu esset, nisi id supervacaneum prorsus duceremus. Ne-
 que id diffitetur Vossii Censor (si quidem procedere κατ' ἀν-
 θεωπον velimus) quando in eodem, quo Vossium reprehendit,
 Capite † docere ait Majemonidem, Flammam idololatrici Sacri
 Istrælitis inter dictam non fuisse, prohibitam autem prunam &
 cinerem. Qui locus nostrum proxime antecedit, a nobis supe-
 riusr etiam adductus. Aut igitur erravit ille, dum istam Vossii
 versionem secutus est, aut erravit, dum hanc vitiosam dixit. E-
 ligat, utrum velit, erroris convincitur. At nos ibi ab errore cū
 liberamus. Conferantur, si placet, reliqua loca hujus Halachæ,
 cursoria ejus lectione nobis observata, Cap. III, n. XII. &
 XII.

† pag. 363.

Ad R. MAIEM. c. VII. עכוֹת N. XVI.

9

XIII. Cap. IV. n. XI. XII. XIII. Cap. VIII. n. I. III. V. VIII. IX. X. XI.
XII. XIII. XVI. XVII. XVIII. XX. Cap. IX. n. I. II. V. VIII. IX. X. XV.
Cap. XI. n. III. V. XIII. XIV. Cap. XII. n. IV. V. VI. VII.

III. Nonne manifesta est heic Oppositio?
Vrget & hæc sane, ut מותר permisum dicamus denotate, quem-
admodum אסור notare prohibitum, nemo negat. Quid er-
go pluribus opus? Annon, si pulchrum & deforme opponan-
tur, τὸ pulchrum idem erit, quod decorum, aut formosum, utut
alias etiam FORTE designet? Sed ha&tenus de מותר.

De Voce שָׁלֵשׁ non est, multa ut dicamus, quam Pueri He-
braizantes ex Grammatica norunt; Nimitemur וְשָׁלֵה est Vocu-
la ex Präfixi cum suffixo coalitu orta. ל. & ה quod per + &
Mappik suffigitur, ortum, ut Magnus Buxtorfius * docet, ex in-
tegro הַיָּא sicq; constituit Dativ. sing. Foem. Pronominis tertiae
Personæ, illi, ei. Huic postmodum ו per :: sequente Dagesch
forti præfigitur, quod Relativo utriusq; Generis & Numeri שָׁרֵן
(unde detumptum est) correspondet. Atq; sic שָׁלֵה significat,
† que ipsi, scil. sunt. * Exemplum non apud Rabbinos solum
ubivis obvium, V.G. ספר שלוי Liber, qui mihi, i. e. qui ad me
pertinet, vel, qui meus est. ספר שלך Liber, qui Tibi, i. e. qui
ad te pertinet, vel, Liber tuus. ספר שלח Liber, qui illi sc. fa-
mina, i. e. Liber illius fœminæ; sed ipso in sacro Codice etiam
reperitur, Cantic. I. 6. כְּרָמִי שָׁלֵי לא נִתְרָתִי Vineam meam,
quæ mihi erat, non custodivi. In nostro igitur loco Relativum re-
fertur ad הרינוי ו העלים Ramos & folia: Demonstrati-
vum ad הרשרה Arborum, q.d. Prohibitum est, considere sub
Umbra trunci arboris; at licitum considere sub Umbra ramo-
rum & foliorum, que ipsi sunt, i. e. ejusdem arboris.

Cap. II.

Nova, quæ adfertur, Versio examinatur. An pro Muttar legendum Motar? sche Vech-
Num וְמוֹתָר? significet & per Consequens? שָׁלֵה non esse leb, lib. I c. 2.
Infinitivum, demonstratur. Quando Rabbini Matribus Lectio- P. 7. & lib. 2.
nis utantur. Alia circa Constructionem Hebræorum observanda, c. 2. p. 214

Demonstrata nunc ergo vera ac genuina Vossii inter-
pretatione, reliquum est, ut alteram, quæ a Censore
adfertur, examinemus, videamusq; num forte & ea
A 2 quo-

37.

quodam modo excusari possit. Sed plenam ubique invenimus Errorum. Horum una Mater Participium מותר quod per legerat. Nimirum evolverat forte hanc vocem in Buxtorfi Lexico † sub Rad. יתְר quam cum Residuum notare, nec Licit habere significationem, invenisset, errasse existimavit Vossum, dignum adeo, qui publice castigaretur. Qui si perpendisset, Nomen illud מותר Motar in Paraphrasibus Chaldaicis usurpatum (cujusmodi exempla suppeditat Buxtorfius, *) raro apud Rabbinos occurrere, nec nisi in statu Chaldaeorum Emphatico מותרא aut constructione positum; non ita festinanter erroris innocentem Vossum accusasset, cum in Verbis istis Majemonidae nec status Emphaticus sit, nec Constructio. Occurrit quidem in trito illo Hebraeorum: כל מי שמנע מהמותרים ישבח עצחו דשכל Qui se a superfluis cobibet, ejus Consilium laudabit intellectus. Sed alia primum heic est significatio, alias deinde Numerus, ut nihil ei patrocinii accedere inde possit. Et quamvis concedamus, etiam extra statum Emphaticum & Constructum occurrere, Constructio tamen ipsa, & Participium אסור, non permittit, ut vel מותר legam, vel per Residuum esse interpreter. Quid? quod ea significatio, qua Et per Consequens significet, uspiam apud Rabbinos, quod affirmare ausim, deprehendatur. Jam vero hoc vult ille versiones sua, Prohibitum esse, sub Umbra trunci ejus (arboris) considerare, & per Consequens, (prohibitum etiam) jacere sub Umbra surculorum, & sub umbra foliorum requiescere. Aut enim ista Verba: ET QUOD RESIDUUM EST, referri cupit ad praecedentia, aut ad sequentia. Ad praecedentia, ut hic sit sensus: Prohibitum est, sedere sub Umbra trunci arboris, & sub Umbra ejus, quod residuum est de arbore. Sed hoc ἀτοπον, nec cum Hebræ Lingvæ Indole convenit, in qua si iste sensus esset, dicendum foret. Si ad sequentia: tum aut synonyma sunt eorum; Et per consequens; aut nullus plane verbis inest sensus. Atqui illud negavi uspiam apud Rabbinos ומותר significare: ut ineptam argumentandi rationem taceam. Neque illud urgere adeo cupio, quod in ea Majemonidis Editione, quæ Venetiis An. i.e. CHR. שולד לפק prodiit, מדור משנני & ספר משנה MDLXXIV. cum ספר משנני כוותר

מותר cum iis quæ sequuntur, non tantum puncto aliquo a præcedentibus distingvatur, verum etiam + copulativo ו destituta. **אסור לישב בצל קומחה** מורה לישב בצל **השׁריגים והעלים שלה**: Prohibitum est, jacere sub umbra truncti ejus. Licitum, jacere sub umbra surculorum & foliorum ejus.

† Quamvis
hoc א פָּלָמָע
mihi videa-
tur, ut ר hinc
ablatum ad
מונחת sit
adscriptum.
Quicquid
sit, distinctio
adest.

Quod ad alteram Vocem attinet, paucis & circa eam errorem Censoris ostendemus. Quo enim superius prolixiores sumus, eo nunc esse cogimur breviores. Pro **שלה** legit ille **שלה** vel **שלה** ac si Infinitivus esset a **שלה** quievit trans- quillus fuit. Sic namq; verba Rabbini : **לישב בצל** **השׁריגים והעלים שלה** transtulit: *Jacere sub umbra surculorum, & (sub umbra) foliorum requiescere.* Nam vero, quam hoc sit inconveniens, patebit, si ad sequentia attenderimus.

37.

I. Rabbini, cum puncta Vocalia non adhibeant in libris suis, eorum loco uti solent literis א ו ut absentium Vocalium sint indicia. נ plerumq; vel Kametz, vel patach indicat. ו vel Sæghol, vel Tzere, vel Chireck cum absolute, tum sequente Da- gesch fortí. ו aut Schureck, aut Kübbuz, aut cholem, aut Ka- metzkatuph designat. Unde a Judæis **אמות הקרואת Matres Lectionis** adpellantur, quod Lectionem alias ob punctorum de- fectum ambiguam, juvent, & equivocationem removeant. Jam, si h.l. esset Infinitivus vel **שלה** interjecta utiq; a Majemonide litera ו fuisse ut aliquid ejus haberemus indicium. Neq; enim Infinitivus formæ Chaldaicæ esse potest.

* De his vid.
Celeb Bux-
torf, de pun-
ctorum de-
ctor. antiq.
lib. 2. c. 8. p.
356. seqq.
Jo. Drus.
Opusc.
Gram. de re-
cta Lect. S.L.
c. 4. p. 6. c. 10.
p. 21 c. 40.

II. Mutata sic esset constructio, modo & Hebræis, & Rabbinis inusitato. Ponamus enim ו א Sor ו נ Repetendum: **אסור לישב בצל השׁריגים** Prohibitum est jacere sub umbra surculorum: quid illud **שלה?** nonne eadem ratione dicendum esset: **אסור לשולחן aut לשולחן?** utique;

p. 84.
Jo. Leusden.
Jon. ill. p. 23.

III. Neq; sic Hebræi loquuntur unquam, ut nomen in Regimine cum duobus aliis, tanquam in Gignendi Casu ponant, p. 12. 28. 112. quorum posterius ad sequens verbum, cum ipso Nomine in Re- 124. 137. gime posito, sit referendum, prius ad præcedens Verbum per- Philol.
tineat, qualiter h.l. Verba Majemonidis interpretatur Censor: 14. p. 127. & jacere sub umbra surculo- Dis. 16. p. 157.

rum, **בצל** sub umbra) foliorum quiescere. Constructio profecto, quam nullus Hebræorum intelligeret, qui sensum hunc expressurus, sic loqueretur: **בצל** לשׁב בצל הרשׁוגם ולשלות בצל jacere sub umbras surculorum, **ו** quiescere sub umbra foliorum.

IV. Cujus Arboris foliorum & surculorum Umbra esset prohibita? Ejus **שהורת או** שחרת עכום מונחת **quo culta fuit**, aut sub qua Idolum possum. Ubi igitur Relativum, si **שה** sit Infinitivus? Nonne tum dicendum foret: **בצל** quemadmodum dictum fuerat: **בצל** שרגיה וערלה **שה**? Nimirum **שה** est Relativum, quod pro Infinitivo perperam venditatur.

Cap. III.

Duo Majemonidis Loca exponuntur. Num licitum Judæis sub Umbra ramorum & foliorum Arboris Idolatriæ sedere? R. Mos. ben Majemon Verborum suorum Interpres. Jo. Seldenus Laudatur. Conclusio.

Quæ dicta sunt haec tenus sufficere poterant, ut hinc concluderem, veram esse Vossii Versionem, falsam alteram, quæ ab ejus Censore adfertur. Addamus tamen nostri promissi memores de sensu & Majemonidis mente non nihil, quoniam is illuc provocat. Omnino enim etiam vetitum fuisse, ait, sub Umbra foliorum & ramorum jacere, idq; probat ex gemino Rabbini loco. Alter in hoc ipso capite VII, est, Num. XIX † ubi R. Moses inquit: **מפני שצל האשר שהו** **אסור**: **מפני שצל האשרה שהו אסורה**. Et respondet, quod sic: **ל** **quia umbra Arboris,** (NB.) que est prohibita, una cum terra, que non est prohibita, in can-

† Edit. Majem. Anno 1574. est num XIV.

* Edit. rec. גורמי

in causa est oleribus illis, ut germinent. Jam vero subjungit :
כָל שׂרֵבָר אֲסֹר וְרַבָּר מַותָּר גּוֹרְמִין לְהַנִּיחָה
Quicquid ex unare illicita, altera licita
producitur, id quovis loco licitum habetur. Q. D. Etiam si umbra illa vetita arboris (nempe umbra trunci, ad quam restringitur per ^ר שְׁחוֹתָא ^{qua est}, non ut ille existimat : illa ipsa) inservit germinationi, nihil tamen minus olera ipsa licita sunt, quia accessit terrae licite officium ; Licitum autem omne est, quod ex illico & licto provenit. Nihil itaque hic locus probat.

Alter, quem probationis loco adducit, est Cap. VIII. Num.

^{† Edit. ips.}
אַעֲפֵי שְׁלָא נָאָסֶר גּוֹפָו שְׁלָא Majem. est
אַילְן כָּל הַשְׁרִיגִים וְהַעֲלִים וְהַלְוִיבִין וְהַפְּרוֹת Num. III.
שְׁיוֹצֵא כָּל זֹמֵן שְׁהֹוא נָעַכְדָּה הַרְיָה אַלְוָ אֲסֹרָין :

Etiamsi non prohibitus sit truncus Arboris ; Omnibus tamen surculis ejus, foliis, floribus, & fructibus, quos tum temporis, quo colitur, profert, iis, inquam, uti frui prohibemur. Verum miramur, qui pro sua sententia adducere haec verba potuerit. Annon enim vidit, heic prorsus de re alia Rabbinum loqui, vel ex eo solum quod concessum h. l. truncum dicat, cuius umbrā tamen, vel Censore judice, antea prohibitam dixerat? Si ergo Trunci umbram intelligeret, contradiceret sibi ipsi. Quare primo non surculorum, & foliorum umbram, sed usum interdictum scribit. Aliud vero est foliorum usus, aliud foliorum umbræ usus. Deinde agit heic Majem. de arbore, quæ non plantata est cultus causa ; sed cuius trunco recisis ramis propriis alius surculus est insertus, ut postea idolatriæ inserviret. De hujusmodi arbore scribit, Truncum licitum ; folia & surculos, fructus item atque flores prohibitos esse.

Ita videmus, nullibi in mala causa, utut studio queramus, inveniri effugium. Verba Rabbini nostri clara sunt. **PROHIBITUM ḤACERE SUB UMBRA TRUNCI ARBORIS CVLTÆ, AT CONCESSUM, ḤACERE SVB UMBRA SVRCVLORUM ET FOLIORVM EIVS.** Cujus quidem Legis ex Sacro Codice fundamentum petere, inconveniens foret, cum Veterum sit Traditio, aut Παρεδόσις, qualem Salvator * ipse *Marc. VII, Phari-

Pharisæis improperat. Quicquid sit, de Traditione ipsa & Mente Majemonidis nobis sermo est, an talis videlicet quam diximus?

^{† Cap. Col} Cujus rei testes ex Talmude Babylonico, Mass. Avoda Sarah, [†] hazzelamim ex Arbaathurim, parte Jore deah, * ex Ceseph Mischnæ, [†] aliis fol. 48. col. 2. que proferre possem, verum, cum præter spem haec schedæ creverint, Venet. Edit. * Cap. 142. unus omni exceptione Major sufficiat, Majemonides nem. fol. 26. col. 2. per ipse, Verborum suorum interpres optimus, qui in suos פירוש ^{† adh. 1. fol.} per Mischnajoth * ad ista Misnæ verba: ^{לֹא יָשַׁב בְּצִילָה;}

^{34. col. 2.}

^{* fol. 80. col.}

^{1. Edit. venet.}

וְאֵת יָשַׁב טָהוֹר וְלֹא יָשַׁב תְּחִתּוֹתָה וְאֵת עַבְרָה

לֹא יָשַׁב בְּצִילָה בְּצִילָה

sic commentatur:

גּוֹף הַאֲלֹן אֶבֶל בְּצִילָה עֲנָפִיה וְעַלְיוֹתָה מִוּתָה Cum Mischna

ait: Non sedebit in Umbra ejus (arboris cultæ), intelligit umbram trunci arboris tantum, sed in Umbra surculorum & foliorum ejus licitum est illi sedere. Et hoc est, quod diximus &c. Quis jam de ejus mente dubitabit? Respicit illuc Jo. Seldenus, illud Angliae Decus, lib. II. de Jure Naturali & Gentium juxta Disciplinam

^{† Cap. VII.}

fol. 217.


Hebræorum [†]: Quemadmodum, inquit, imaginum in cultum extraneum factarum rerumque aliarum eis dicatarum Usus, secundum jam memorata, illicitus erat, ita parili ratione etiam Luci, seu arboris sive eo nomine, ut coleretur ipsa, sive ut idolum obumbraret, idolumve ornaret, plantatae. Adeo, ut nec umbræ proceritatis ejus, seu trunci juxta extensæ beneficio uti frui liceret; quam tamen a foliorum & ramorum tegmine ita discriminant aliqui, ut hujus, nec interim illius, refrigerium licitum haberetur. Hactenus ille, cuius verbis Exercitationem concluso, parum de Venia Sollicitus, si cui forte vel minus adcurate quædam dicta videbuntur, vel ipsa displicuerit quaque materies. Quæ enim aliis est licentia reprehendendi


CL. VOSSIUM, hanc mihi, spero, negabit nemo
eundem defendendi.

COROLLARI VICE

Distinctionem Magni BUXTORFI, & aliorum, inter Hebræorum Characterem Sacrum & Profanum defendemus.

בָּלָאו





LXV.

Apostoli verbis vtar) tanta nos &
Patrum circumstet testium nubes, de
li tam à Filio quam à patre, minime
sed id operam dare, ut virtute S.
Christi participes fiamus.

LXVI.

is salutem nobis promeruit: tamen
, potiri ea non possumus.

LXVII.

et quod toties cum in V. tum N. Te-
, et gratia eius commendetur.

LXVIII.

gulam August: Omnia opera Trini-
sa sunt: & Spiritus S. cum Patre
vicissim: tamen Spiritui Sancto di-
causa tribuuntur, gubernatio & co-
onuersio & purificatio cordium, ob-
ediētū, consolatio, sanctificatio,
& glorificatio.

LXIX.

idem est Spiritus: tamen dona eius
sunt.

LXX.

Iomini datus est sine mensura, siqui-
tudo Deitatis σωματικῶς corpora-
proprio suo corpore habitat, col: 2. San-
mensuram pro ut vult, & Ecclesiae
Sunt